

Et clamor meus ad te veniat. O^{rdinatio}

O M̄ps sempiterne de^r: parce me
tuēnibus t̄ ppitare supplican-
tibus: vt post noxios ignes nubiuz et
vīm procellarū: ad gloriā tue laudis
transeat cōminatio tempestatis. Per

Achristum. Alia oratio.
A domo tua quesumus dñie spi-
rituales nequitie repellāf: aerearūq;
discedat malignitas tempestatiū. Per

P̄pin. Inceptiū orationes beati
Augustini docto^r eccl^{esi} sc̄tē: qd san-
ctam trinitatē per serias hebdomade
distincte. de libris docto^r exerce^re.

Dñica die oratio eiusdem.

Adesto mihi ver lumen de
us pater o^rp. Adesto mihi
ver lumen de lumine: ver
bū dei: filius dici: deus oī-
potens. Adesto mihi vera
lluminatio: sancte sp̄us patris t̄ filij
vnitas: sanctitas: charitas: deus o^rp.
Adesto mihi o vna trinitas pater t̄ fi-
lius t̄ sp̄us sanctus: deus omnipotēs;

Inudcat te dñe fides mea: quā dedi-
 sti mihi. ppter bonitatē tuam ad salu-
 tem meā. Inuocat te dñe deus meus.
 vīnā casta cōscia mea t suauis amor
 fidei mee: quā: excussis ignorātie tene-
 bris: ad veritatis intelligentiā pdux-
 isti. Inuocat te trinitas bītā vox clara:
 t sincer⁹ amor fidei mee: q̄ me ab ip-
 sis enutriēs cunabulis illuminasti: sp̄
 per inspiratiōnē ḡfē tue: quā ad augēs
 cōfortasti me: per mysteriū p̄dicatiōis
 sc̄ē mīris ecclēsie: q̄dulcē ē in ore meo
 q̄ suavit̄ sapit in ip̄o palato gaudior̄
 aie mee: q̄ fortiter. q̄ crebro pulsat mē
 tem meā: t souēs souet oēs sensus me-
 os t interiora mei spūs. vt te laudare
 delectet: qz fecisti nos ad laudādū te:
 q̄ em̄ adh̄eret deo. vn⁹ spūs est cū eo.
Fugia itaq̄ dñe: t libenter fugia ob-
 strepētes tumult⁹ oīm vanitati. Sz q̄
 fugia vt illos declinē: illos calcē sub-
 pedib⁹: t p̄cul repellā: nisi ad te: q̄ es
 sol⁹ refugiu t vñica spes misericordiæ ad
 te gloria mea t exultatio cordis mei p̄fis

giam de lacu miserie t de luto secis:
tibi inh eream: prout ipse dederis sua
uitatis mellisua: vt tu dulcescas mihi
dulcedo no fallax: dulcedo felix t se-
cure. Querā ergo te dñe inuocās t in
iuocabo te: credēs in te t querēs te in-
ueniam te t inueniēs benedicam te q
benedixisti nos omni bñdictione: de-
us me vñica spes mea: exaudi me ne
satigatus nolim querere te: sed vt que-
ram faciē tuam semp ardenter tu da q
renti te vires q inueniri te fecisti: t ma-
gis ac magis spem inueniēdi dedisti.
Illumina dñe corpis mei oculū inti-
me visiōis perspicua luce: velatus est
enim t cecus caligine tetra peccatorū
t ignoratię. Illumina eū lumine gra-
cie tue: vt sinceris fidei oclis t puro lu-
mie cordis: i spiciā mysteria corpis tui.
Alerū qz no est pulcra laus in ore pec-
catoris virti: t fides sine cōdignis ope-
ribus non laudatur. ergo rogo patre
per filium: rogo filiū per patrem: rogo
spiritum sanctū per patrem t filium: vt

tua vicia elongent a me et oes san-
 cte virtutes plantent in me: quatinus
 acceptabile nbi fiat sacrificium laudis
 fidei mee deus meus: et ad te descendet
 in odore suavitatis: obsecro te et mise-
 ricordiam tuam supplex imploro: cuncto
 rum fons et origo: largitor et conserua-
 tor omniuirtutum deus: adauge per
 fidem sanctam et rectam immaculatam:
 seruentem et inseparabilem: que in me oem
 quod tibi placet per dilectionem et hu-
 manitatem operetur: que vinci neque-
 at verbis altercationis in tempore persecu-
 tionis et in die necessitatis scrutas: cor
 da et renes. Cora te est sanitas et infir-
 mitas mea. Illa precor serua. ista sana
 Cora te est scientia et ignorantia mea:
 Vbi mihi aperiisti suscipe intrare: vbi
 clausisti suscipe et aperi pulsanti: ut au-
 diens intelligat te: intelligens diligat
 te: et diligens laude te: atque in toto cor-
 de meo desiderere pulchritudinem visionis
 tue semper inspicere. **Feria secunda. O**ro
ad saecularis genitalem huius Augustini.

O Trina unitas: et una trinitas: cuius potestia gubernat omnia: regit omnia: implet omnia. creare omnia: te cuncta magnificat: te omnes spiritus laudant: te adorant: te benedicunt omnia beatorum spirituum agmina et supernorum cuius: tibi mater ecclesia in toto orbe offert preces: et incessanter tibi decantat laudes: te ego ultimus seruorum tuorum laudo et bendo: mens mea iubilat tibi: et omnia ossa mea clamant. Quis similis tibi domine: tu enim verus Deus colendus: et venerandus et honorandus: timendus et amandus cum omnibus deuotione domine deus noster: quia cum non es semus potenter fecisti nos. Cum perditis fuisse nunc culpa nostra pietate et bonitate tua reparasti nos. Ut si confiteor tibi rex celi et terre honorificabo te sacrificio laudis. Sed haec nihil nisi de tuo acceptabile tibi ostendi potest: tu deus in cuius lumine lumen videmus: da quod lucem in corde: da verbum in ore: da menti celestem conscendere sedem: da son-

a Vnitas: t Vna trinitas
 potēcia gubernatrix tu
 munia: implet omnis ora
 cula magnificat te omnes
 adācte adorant te bene
 ia beator spiritu agnas
 en cuius: nō mater eudan
 offert pess: t inefantib
 uides ego plenus fons
 uero būdus meus meus
 t omnia olea mea denu
 illa nob̄t dñe nū cum venis
 dñus t venerabilis thonei
 nthus t amadus ac omnes
 nre deus noster: p̄ci deo
 ter fecisti nos. Cum p̄dū
 culpa nostra queat boni
 struit nos. Si confiteor tu
 terre bonitatis te faci
 sed da nihil nisi de tuo
 tui offerti posse: tu deus
 meum lumen videns oculos
 uideret retro in ore: et
 consenseret sc̄p̄lo

tem lustrare boni: da luce reperta in te
 cōspicuos animi defigere visus **Et quā**
 altera parte sumus celi: altera terre: dis
 sipa queso terre nebulas t pōdera mo
 lis: atq; tuo illumina splēdore obscu
 ram interioris hominis mei facie. **Si**
 ste vagas mētes per deuia multa ruer
 tes. Sub de corpus aie atq; me intus t
 exterius p omnia tue sub devoluntatiz
 vt vniuersis suo bene cōpositi ordine.
 per grām tuam te pfecte diligere t di
 gne laudare valeā labijs: corde: om
 nīs qua valeo virtute clamatis ad te
 ita dices. **G**aneta trinitas t indiuidua
 vnitas pater t filius t spiritus sanctus:
 vnius deus omnipotēs: creator omni
 um deus: qui fecisti oia. celum. terram
 mare t que in eis sunt: in cuius manu
 t p̄tate cuncta p̄sistunt. **I**n tuā sanctis
 simaz ac p̄issimā t singulare custodia
 cōmodo aiām meām corpus meū: t
 sensus meos cuz oībus actibus meis:
 vt me a malignis spiritibus t inimicis
 dis ac p̄uis t vanis cogitatiōbus sp̄t

potēter eripias: emendes t defendas
simulq ab oībus petis t iniquitatibus
meis me misericorditer purifices: t ab
oībus hostib⁹ visibilibus t inuisibili-
bus t periclis in tua vtute defendas:
t in eorū potestatē nūc venire me p-
nuntas: neq hic neq i futuro. Sed mi-
sericordiā tuam magnā t grām semi-
piternā in omni loco t in omni tpe sem-
per adēse mihi clemēter t dignanter
concedas.

Feria tercia. Dō sancti

Augustini ad sanctā trinitatē.
Confiteor te patrem t filium t spi-
ritum sanctū in personis trinū: in substā-
lia ynum: verū deum omnipotētē:
visibiliū t inuisibiliū creatorez. **Te**
quidem cōfiteor patrem summe boni-
tatis t tocius deitatis: primū ex nihilō
omnia ducentē: sed principiū dantē.
Credo t cōfiteor non corpali pgenie:
neq extrinsecus neq ex necessitate: ne-
q voluntate: sed natura filii generā-
tem. **Confiteor** t te filium ex p̄e sine ini-
cio genitū ineffabiliter, yez deum yni

genitum: p̄ quem oīa facta sunt: t̄ ve-
 rum dei p̄pis verbum: nō factum nō
 creatum: nō adoptatum: sed genitū t̄
 vnum cū patre in sub stantia: itaq; ita
 equalē cum deo p̄e: t̄ tuipse: nec gra-
 du nec p̄tē possis esse inferior: nec di-
 vine generatiōi aliquod t̄ps ascribo:
 quia semp̄ fuit pater Nūquid ergo nō
 fūsti filius? T̄ quoq; sp̄m sanctum ve-
 rum deum: nō factum nō creatum nō
 genitum: sed ex p̄e filioq; inenarrabi-
 liter p̄cedentē. Igitur dñe deus trine
 t̄ vne scientie lumen accēde in corde
 meo q; te diligere merear trinū t̄ vnu
 sicut es trin? t̄ vnu deus: t̄ ignoran-
 tie tenebras maḡ ac magis remoue a
 me: vt spiritualiter videā q̄stum possi-
 bile ē humāne fragilitati. Da mihi in
 via hac in q; te duce gradior: vt intelli-
 gam: t̄ intellectū inspira: t̄ semp̄ doce-
 me per ḡam tuā. q̄liter in te irreprehē-
 sibiliter sit credendū: vt te vnu deum
 eternaliter sapiā: t̄ incomprehēsibili-
 liter trinū personaliter capiā Reliqua

GG 3

vero sacramēta: que tenent in ecclēsa
tua: stupenda sunt t̄ venerāda. Sed il-
lud tuum sacramentū p̄cellit vniuer-
sa: hoc nempe in diuīdue trinitat̄ my-
sterium: t̄ illud celestis mense sacramē-
tum: quod fidēles t̄ pias animas pa-
scit carne t̄ potat sanguine: vt neq; espi-
riant neq; sitiant in eternū. **F**ac ergo
me domine deus meus pura t̄ simpli-
ci conscientia illa precipue inter cetera
sentire: credere. sumere t̄ retinere. **N**e si
nas queso domine fidem meaz in eis
aliquatinus vacillare: sed ita semp in
eis t̄ de eis pro tua tribus pietate mihi
credere t̄ intelligere: sicut veritas se
habet. **I**ntret in cor meum gloria tua:
que ibi sine sono t̄ sine strepitu verbo
rum loquac̄ omnium tantorum myste-
riorum veritatē: t̄ dulcedine. intras at-
q; foris. vndiq; pfundat animā meam
illa gracia virtutū: t̄ iudex omniū ve-
ritatum. vt sic irradiādo t̄ soporando
eam in ipoventatis cōtro stabilitat atq;
cōfirmet. vt neq; velim neq; possim de-

tantis mysterijs aliter sentire: nisi sicut
 deceat et oportet. Omnipotēs bonitas:
 cuius pietatis aures iōpis pauperum tu
 orum desiderijs patēt: intellige clamo
 rem filij tui: presta domine ut ipso men
 tis palato sumā. gustem et sapiam hec
 ineffabilia sacramenta. Magna enim
 sunt et mira valde: et ego parvulus in
 eorum consideratioē deficio: quoties
 ad ea intuēda fidei oculos attollo. Et
 quia miro modo viraq; nobis necessaria
 sunt ad salutem: auctor invisibiliū
 creaturarum: q̄ es summa substantia:
 et una diuinitas atq; personarū verat
 perfecta trinitas: te deum patrē exoro
 ex quo omnia: et filiū tuum per quem
 omnia: simulq; spiritum sanctū in quo
 omnia: te deum meū: quem vnum et
 verum in trinitate cōfiteor: quo creati
 et liberati et illuminati sumus supplex
 oro tantorum audiūs mysteriorū: la
 cta me: nutri me et in mensuram eta
 tis vsc⁹ perfecti viri meam extende exi
 guitatem: vi solidum bunc perfecto.

GG ♫

rum cibū capere valeam: imperfectum
enī meū viderūt oculi tui. ¶ **F**ena
quarta. **O**ratio sancti Augustini ad san-
Domine da no-ctam trinitatē.
biste rectore: te duce inter scil-
lam & caribdim iter cernere per medi-
um: ut integra nauī & saluis mercib⁹
puenire possimus ad te portū tutissi-
mum: felix aia que iam terreno soluta
carcere libera celū petit: que beatis iā
admixta spiritibus maiestati tue secu-
ra nunc assistit: qr te iā incircūscriptū
lumen cernit: que nullo metu mortis
vel hostis afficit: que incorruptiōis p-
petuo mūere letat: vtinā ita succedat
& mortale hoc induat immortalitatē.
Nunc enī hanc diuitie ia ctāt: pauper-
tas dei: cit: iuuentus extollit. senectus
incuruat & infirmitas frāgit: miseror de-
primit: & post hec oīa mors interimit
vniuersis gaudijs finē imponens. **I**ā
q̄ adueniat & aduolet illō regnū ob-
secro carēs morte: vacās fine: cui nul-
la tempora succedūt per euū: vbi con-

tinuus sine nocte dies nescit h̄e tem
 p̄: vbi illi angelor̄ hymnidici chori
 & supernor̄ ciuum societas: vbi dul-
 cis solētā ab opere generatiōis hu-
 ius tristis laboris redempta ad horū
 sanctam frequentiā & tue inspiciende
 pulcritudinis mensurā & sine fine leti-
 ciam. fac me dñe deus toto corde in-
 tendere: viriliter currere: feliciter pue-
 nire: & interim dū maneo in isto corpe
 in his semig meditationibus mentem
 mēā bonor̄ insinuator exercere. **Dū-**
da igit̄ cordis intuitu & mētis affectū
Accēde celesti igne animū. vt te soluz
 ameni: te solū in corde habeā & in ore
 qui es futur⁹ nobis sine fine premiū:
 & vt pondus mortalitatis mee leuius
 feraz: da lumen in corde: da verbū in
 ore: aperi sanctar̄ secreta scripturarū:
 pfunda mysterior̄ regni tui viscerib⁹
 meis ppina. **Va** ex amore tuo lacrīas:
 da fidei vitutūq; pennas: qbus indu-
 tus rufus ad te volit̄: & prorsus celū
 petam: hoc p̄ te & de te in te cōsiteo:

O beata & benedicta & gloria trinitas. **O** vera summa sempiterna unitas pater filius & spiritus sanctus. **Confiteant** ergo tibi domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi. **E**t ne confitendo resipiscant: non cessent a laudibus tuis peccatores: quorum unus ego licet peccatis premor corde tamquam desideranti tuas decantando laudes. **B**ed si non ea qua debeo laude & dignitate. facio tamen qua valeo facultate. **R**espice queso sereno vultu ad hoc mee exiguitatis obsequium: & propiciabili dignatione accipit tantillum sacrificium confessionis fidei mee ut ad te redeat: quod a te venit: non respicias ad illud tantum quod deuotus offero: quantum ad ea que deuotissime dicere volo: quicquid te decet vel offendit. ut cognoscas anima mea utinam possim talia qualia illi hymnici chorus angelorum. **O** cibenter tuis in laudibus me totum infunderem & luculenter in medio ecclesie carmen tue glorie infatigabiliter perorarem.

Sed quia vobis neque possum
Non dominus tacitus est
vobis loquitur: longe
distantes verum quia
balbante suete facie
lingue mee de cordis an
la domino rogo inter
la tecum de te unum la
gnosce piecum non tem
oris si auditum tuum do
nes ait ampliere bona
bona de te tempore habens
cana quoniam terpicio
ut anno em. **S**umus e
quorum postmodum video fa
tulisti dehidens: vobis
ne monitione quo ex
istrum veri summi
sumus recurrimus. **A**

Ofera quoniam
Non ad sanctum
vobis lumen et in
tefatuas et sine reatu
Non dicas quod tu
magis

Sed quia ut illi nequeo pr̄sus facere
 De domine tacētibus de teq̄ ora mu-
 torum soluis: t̄ linguas infantium fa-
 cis disertas: verum quia parvulis licet
 balbutire suscipe sacrificium de manu
 lingue mee de cordis amore. Sz igno-
 sce domine rogo indignissimo t̄ inse-
 lici tecū de te diutius loquenti serao.
Ignosce p̄ier: q̄r nō temeritate p̄sumpti-
 onis: sz auditate tui desiderij has ora-
 tiōes assumpsi: vt breuer t̄ manuale v̄-
 bum de te semp̄ habereim: ex cuius le-
 ctione quoties tepeſco in tuū reaccen-
 dar amorem. Sumus em̄ in medio la-
 queor positi: t̄ ideo facile refrigescim⁹
 a celesti desiderio: vñ indigenus asy-
 due monimento quo ex pergesfacti ad te
 nostrum verū summiꝝ bonum cū de-
 fluumus recurramus. Qui.

Feria quinta oratio sancti Augu-

Domini ad sanctam trinitatem:
 Lus luxvera: q̄ sine accessu. ea q̄
 eleg⁹ illustras: t̄ sine recessu. ea q̄ respu-
 io. desersi. Deus c̄ ynjeniti fides nos

excitat: spes erigit: charitas vnit: deus
q̄ petere iubes t̄ inuenire facis: t̄ pul-
santib⁹ aperis. Deus a quo euerti, ca-
dere est: ad quē redire resurgere est: in
quo manere cōsistere est: deus quē ne
mo amittit: nisi deceptus: nemo que-
rit: nisi monit⁹: nemo inuenit: nisi pur-
gatus: deus quē nescire mors est: quē
spernere perire ē: cui seruire regnare ē
te laudo: te bñdico: atq; adoro: tue cle-
mētie atq; bonitati grās agens p vni-
uersis donis t̄ beneficijs tuis atq; da-
tis: t̄ p omnib⁹ bñficijs misericordie
tue: que aīe corporis meo largiris: t̄ sp̄
largin⁹ es a puericia t̄ a cunabulis me-
is: t̄ ppter te t̄ nomen sc̄m tuum. Da
igitur dñe mihi rogo spacū locumq;
t̄ fructus dignos penitēcie: da cor cō-
tritum t̄ humiliatiū. Da lumen in cor-
de: vires in corpore: vt que agenda sunt
videā: t̄ ad ea implēda: que de eis vi-
deo. fortiter conualescā. Misere mei
dñe: misere mei. Ne pdas me queso.
cū peccat⁹ negligēti⁹ meis. Da mi-

133
p̄t̄ tuū t̄ uenientib⁹ tuū t̄ ui
m̄s t̄ vniuersitatis metus
etiam grām tuū t̄ em
commetea aenus mes
et m̄stolle de me et
et m̄b̄ noet t̄ tribut
et m̄nothib⁹ placet
et m̄me p̄o clement
et m̄na talent: cui ouia
et m̄p̄t̄ vlt̄ et cōam o
et m̄lai piam non ab
et m̄su cum valde int
uere t̄a ḡuotes meis
et m̄p̄t̄ peccator mecum
et m̄s ab̄ modis q̄p
et m̄t̄ togo dñe per m̄t̄
et m̄t̄ ḡatre non celo: q̄o m̄
et m̄t̄ tollificat̄ cor mei dñe
et m̄t̄ unaribili vñcide m̄
et m̄t̄ faciat̄ p̄gnem ap̄
et m̄t̄ la vñs coaḡ te cuon
et m̄t̄ boniende t̄ malitiae
et m̄t̄ felicitatis t̄ vñcide
et m̄t̄ qui aqua vñcide

hi ppter nomen tuū. tu qui iustificas
 impios t viuificas mortuos t mutas
 peccatores. graciā tuā: t emunda vitā
 meam: meliora actus meos: compone
 mores meos: tolle de me qd̄ tibi displi-
 cer t mibi nocet: t tribue p bonitate
 tua: qd̄ nosti tibi placere t mibi pdes-
 se. **F**ac me pcor clemens dñe per gra-
 ciā tuā talem: cui oia possibilia sunt
 ut placere valeā coram oculis in veri-
 tate. **T**uā piām non abhorreo medici-
 nam. **S**ū enim valde infirmus queso
 medere lāguores meos: excoque sco-
 riām peccatorum meorum vsc̄ ad purū:
 priusq̄ abeā modis qbus tibi videſ.
Sed rogo dñe per tuā misericordiā: t
 rogare non cesso: qd̄ nimis desidero.
Mollifica cor meū durum t lapideū:
 tua mirabili vnictiōe: mollifica me p-
 cor t fac mē p ignem cōpunctiōis ho-
 stiam viuā corā te quottidie fieri. **R**e-
 spice in me dñe t miserere mei: da mi-
 bi effectū pentiōis t desiderij mei. **D**a
 capiti meo aquā inmēlani: t oclis ite-

rum insunde fonte lachrimarum iugiter
manant: ut per vulneribus aie mee in-
desinenter diebus ac noctibus defleam
donec tempus acceptabile: donec dies
salutis. donec vacat flere mala que se-
cunt: et quotidianie facio: ut per labores peni-
tentie vita eterna preui merear cum bo-
nis. vei ultima saltus portio cum isto la-
trone venerabili: qui per unum verbum
factus est heres paradisi in ipso mortis
articulo: quem propter multitudinem misera-
cordie tue et bonitatem exaudisti: exau-
di pie Iesu preces serui tuorum remiscere
miserationum tuarum: quibus mirabiliter
et misericorditer subuenisti humano
generi propter bonitatem: quoniam nos amasti.
pastor bone qui proprio filio tuo non pe-
percisti: sed per nobis impiis tradidisti
eum. Subditus ille fuit tibi usque ad mor-
tem: mortem autem crucis: per nobis vi-
ctor tibi factus est victima: et sacerdos
sacrificium meritorum: mihi valida spes in
illo est: qui sanabat omnes languores
meos. per eum qui sedet ad dexteram tuarum

et interpellat p nobis. Desperare ut
possem. nisi verbū tuum caro fieret et
habitaret in nobis. Si enim cū imini-
ci essemus recōciliati sum⁹ tibi p mor-
tem filij tui. q̄nto magis nunc salui fa-
cti ab ira p ipsum⁹. Gras itaq; ago tibi
indulgentissime pater: t p sancta incar-
natione tua. passioē morte ⁊ resurrecti-
one: t in celū ascensione dñi nostri Je-
su xp̄i tui. Benedico nomē tuum totis
visceribus meis p illa sacratissima san-
guinis effusioē: qua sumus redempti.
Imploramus ineffabile misericordiā
tuam. ne pmittas nos esse ingratos de-
tānis beneficijs: nec indignos tā mul-
tis miserationib⁹. Sumus enim ps tua
nō vilis. q̄s placuit tibi tanto redime-
re p̄cio. Qui vi. ¶ O dñs sancti Augu-
stini ad sanctā trinitatē. Feria sexta.

Dlus ineffabilis ⁊ incircumscripte
nature. institutor oīm rerū dñi
nři Jesu xp̄i pater: quippe eundē filiu⁹
tuum dilectū de sinu tuo misisti ad pu-
blicū nostrū suscipe vitā nrām. vt nob̄

221

donaret suā: esetq; pfectus Deus ex pa-
tre t pfectus homo ex matre: totus de-
us t totus hō vnius t idem xp̄s: eter-
nus t tpalis: immortalis t mortalisa
creator t creatus: fors t infirmus: nu-
tritor t nutritus: pastor t ouis: tempo-
raliter mortuus: tecū in eternū viues:
dator vite eterne: municipiū pmittes
dedit nobis t dixit. Qd cunc pecieri-
tis patrē in noīe meo dabit vobis Ob-
secro itaq; dñe t nimis plium rogo in
noīe dulcissimi filij tui: vt des mihi cū
eodem filio tuo te in oībus benedice-
re t glorificare: qz quorū yna est substā-
tia. vnu est t datū. des ergo p illum t
cū illo peccatorū meorum veniā: t mā-
datorum tuorū custodiā: dilectionē si-
lij tūrū amorem: cōtra dyabolū
fortia humiliatis armā: t erga fratres
veritatē perfectam: t charitatē inextin-
guibilem: temperantia cibit potus t
sōmni: t tocius aie desiderij cōtinē-
tiā: auditum castū: simplicē visum: pu-
ritatem cordis: mūdiciam corpis t co-

gitatioꝝ st̄udā cordis orisq; custodiā:
 vt nec cor intus iniqtateꝝ p̄cipiat: nec
 lingua foris piuret: nec falsa loquat̄;
 non taceat vera nec salutifera abscon-
 dat: nec mortifera p̄ferat. **P**recor etiā
 te: vt des mihi assiduitatē orandi: vi-
 res ieiunādi: frequentiam legēdi: vt p̄
 cepta tua infatigabiliter legā: quod ē
 rectuz teneā: quod deformē deponā
 quod pulchrū excolam: qd̄ sanum ser-
 uem: quod infirmū corroborē: t omi-
 ne qd̄ tibi placet: custodiā perseueran-
 ter: des mihi insup̄ despicerē tpalia t
 totis viribus eterna diligere: t mortu-
 us mihi despiciā t tibi viuā: non gau-
 deam nec lugeā de temporalibꝫ: nec
 metuā quod tpale est: nō blandis cor-
 rumpar necq; aduersis deiijciat. **R**ogo
 ergo pater clementiā tuam in noie fi-
 lij tui: circuicide augmentū perfectio-
 nemqz virtutū: illumina sensuz t ani-
 mam: vt illud a te petā quod te dele-
 cat audire. **D**oce me qd̄ cogitare: qd̄
 agere: qd̄ loqui: quid tacere. **D**ebeam.
 hb

Da mihi prudentiā. fortitudinē. iusticiam atq; temperantiā: da discretionē discernendi inter dexterā t sinistram. Da sensuī vigilē: t puidum intellectuī: vi possim bona t mala discerne re: aufer a corde meo alienatiōes: cura in me stupore mēns. Stirpa ex visceribus meis inutilia: t eradica iniquitates: recipe de lingua mea detrahēdi cōsuetudinē: mentiendi facilitatē: loquēdi scurrilitatē: t omnes actus vanitatis arte tue medicine. Sana in me. Da mihi perfectionē in moribus: tene me utrū omnipotētē tua: t nō sinas vagari proprij arbitrij libertatem. Juxta prudentiā tuam dispone omnē viam meam in tua voluntate: animā hanc peccatrice p̄ qua mortuus est xp̄s non permittas perire: frenū tuum in maxillis meis pone: t tāq; mansuetū trabe me post te. Tu enim cūcta que mihi ex pectū nostri: nō mihi: nō dyabolo. nō mundo. non alicui aliij licet tua dona subuertere: quia totū fragile est quod

tibi nitit obuiare. **F**ecisti enim mecum
 misericordia tuam multa perficere quod
 fecisti. **D**a mihi semper et ubique contra ho-
 stem crudelissimum tue pie defensionis
 auxilium: ut sicut fragilitate meam ille
 immundus non cessat petere, ita tuis co-
 gat viribus abscedere: praesta ut sim par-
 nus in oculis meis, ut coram te inueniam
 gratiam. **A**dauge mihi firmam fidem: spe
 inconcussam: charitate humilitatemque
 perfectam: patientiam: inuictissimam: cor-
 poris et anime castitatemque perpetuam. **D**a mi-
 hi cordis contritionem: lacrimarum fon-
 tem. **D**a simplicem innocentiam: puritatem
 cordis: conscientiam rectam: et integritatem
 metis. **D**a vires et virtutes ut Victor mei
 in eundem existam: dominetur in me ratio:
 et rationi dominetur gratia tua: ut non viviam
 bestialiter raptus impetu carnis: sed sit
 conuersatio mea modesta et rationabilis:
 fac me prouidum et in cunctis discretum: tri-
 bue mihi nulli occasione scandali per-
 bere: simplicitatem et veritatem diligere
 et instanter ea que sunt paci sequi. **P**er,
 hb 2

Sabbato oīo sancti Augustini
Pater om̄ ad sanctā trinitatē,
nūni bonor: deus p̄t cui nun
cū sine spe misericordie supplicat cum
filio tuo t spūlācto. Da qd a te des-
iderat aīa mea: t qd a te postulat mēs
mea. quorū enim vna ē substātia: vnu
est t datum: vna opatio: vnum donū
vnaqz potestas. Lōge fac a me domi-
ne omnē hypocrisim: oēni simulationē
t fac me tibi seruire in veritate. Con-
cede queſo mībi dona aīe: vt alacri cor-
de obuiā tibi concurrere valeā. Exci-
ta corpus meū ſtimulis tuis: t fac me
ſtrenue pſeuerare in p̄ceptis t laudi-
bus tuis die ac nocte. Da mībi ſcienti-
am humilē: que edificat linguā erudi-
tam t loquentē: vt t bonos valeam
ad meliora exhortari. t malos ad re-
ctitudinis lineaē reuocare. Infunde q̄
so cordi meo sp̄m sapientie t intelle-
ctus: ſpiritu consiliij t fortitudinis: ſpi-
ritum ſcietie t pietatis: t reple me ſan-
cto timore t amore tuo. Da irriguū ſu-

perius: et irriguum inferius da mihi benedictionem de rose celi. et pinguedine
 terre abundantiam. Da ut anima mea arde
 at igne amoris tui: fac me mundo peni
 tus extingui. Ced mihi cor contri
 tum et humiliatum semper habere coram te
 Fac me per gratiam tuam peccata mea do
 lere antequam moriar. Da mihi tota anima et
 totis visceribus meis exsangere facie tu
 am semper. Infunde dilectionem tuam
 pectori meo: et scribe dulcem memoriam
 tui in tabulis cordis mei. Illustra me
 celestis patrie luce. et imaginem tue pri
 dentie non sinias in me obfuscari. Ced
 mihi fragilissimo sanctorum patrum
 imitari vestigia: da mihi mansuetudi
 nem. modestiam. tolerantiam. benignita
 tem paupertatem longanimitatem: cor
 dis contritionem et fontem lachrimarum: ci
 bi potusque abstinentiam: labiorum mun
 diciam. spumale gaudium. et mundi con
 temptum. maxime a te domine charitate es
 flagito. aie et corporis pudiciciam sicut
 illis fecisti. Precor te pro filium tuum respi
 bb 3

ce in me et miserere mei: exaudi orationem meam: et da mihi scientiam propter multitudinem benignitatis tue: que mecum iugiter perseuerans doceat me incedere in misericordia coram te et voluntate tuam omnibus diebus vite mee implere. Hanc re peto: que cum amicis pacificum. et cum inimicis reddat tranquillum: que me a vobis aspero mitiget. et ab ocioso sermone cōfescat: que me super deum. vel que dei sunt cogitare cōpellat. et oculos meos ab isto vano seculo auertat. que mihi horam mortis ante cōspectum ingreditur et hic gaudere prohibeat: que molē peccatorum meorum consideraret plangere faciat. et non aliorum delicta vel festucam leuissimam pscrutari. Postremo omnia mudi per nihil habere. et sicut prius sima misericordia tua dedisti voluntati mihi veniendi ad te. sic per illam donare digneris mihi sapientiam et intellectum. virtutem benignitatem et magnam gratiam tuam. sine qua nec loquere nec agere aliqd boni valeo. Et quod ipse unigeniti

tus tuus dixit. Nemo venit ad me. nisi
 pater qui misit me traxerit eum. et nemo
 venit ad premum nisi per me. obsecro ita
 de sancte patris. et deus noster. trahere me tu
 ad ipsum. et ipse me perducat ad te. illuc
 ubi ipsa in dextera sedes est eterna vi-
 ta. ubi est amor perfectus. timor nullus
 dies eternus et unus omnipotens deus

Qui vivit et regnat.

¶ Sequuntur
orationes quedam deuote multum ad bea-
tam virginem mariam dicende in eius so-
lennitatibus. aut in diebus sabbati et preser-
tim in ecclesiis ipsi beatissime Virginis festis

D Quar ad cor tuum O maria spe-
 culum claritatis angelice. Lo-
 quar ad cor tuum mundum dominam mu-
 di. et adorabo ad templum sanctum tuum
 ab interioribus aie mee. Saluto ex in-
 umis cordis meis immaculatum cor
 tuum. quod primus sub sole fuit dignus
 suscipere egredientem de sinu patrie vir-
 genitum dei salutem sanctuarium singula-
 re. quod dedicauit sibi deus in spiritu
 sancto. Salutem sanctorum. qd dedi-
 hb